UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

68. Christus infremit spiritu, turbat seipsum, & lachrymatur.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-56533

Visual Library

Iesus, videns eum, cecidit ad pedes ejus, & dicit ei: Domine ſi fuiſſes hîc, non eſſet mortuus frater meus. *Ioan. 11. ℣. 32.*

MEDITATIO LXVIII.

Chriſtus infremit ſpiritu, turbat ſeipſum, & lacrymatur.

I. IEsus ergo ut vidit eam plorantem, & Iudæos, qui venerant cum ea, plorantes, infremuit ſpiritu: & turbavit ſeipſum, & dixit: Vbi poſuiſtis eum? Dicunt ei: Domine, veni, & vide. Et lacrymatus eſt Iesus. *Ioan. 11. ℣. 33. 34. 35.*

II. Dixerunt ergo Iudæi: Ecce, quomodo amabat eum. Quidam autem ex ipſis dixerunt: Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci nati, facere, ut hic non moreretur? *Ioan. 11. ℣. 36. & 37.*

III. Iesus ergo rurſum fremens in ſemetipſo, venit ad monumentum. Erat autem ſpelunca, & lapis ſuperpoſitus erat ei. Ait Iesus: Tollite lapidem. Dicit ei Martha ſoror ejus, qui mortuus fuerat: Domine, jam fœtet quatriduanus eſt enim. Dicit ei Iesus: Nonne dixi tibi, quoniam ſi credideris, videbis gloriam Dei? Tulerunt ergo lapidem. *Ioan. 11. ℣. 38. 39. 40. 41.*